

## TRACTATUS II. PARTIS PROPRIÆ.

## De Syllogismo Topico.

## Caput I. De Syllogismo Topico.

I. Quid sit? SYLLOGISMUS TOPICUS? R. Συλλογισμὸς διαλεκτικὸς ὁτινός, οὐ τοιχὸς συλλογισμός. 1. Top. c. 1. Syllogismus dialecticus seu Topicus est, qui ex probabilitibus concludit. Id est, cujus præmissæ sunt probabiles tantum: ut O. mater diligit filium. Hec est mater. E. Hec diligit filium.

II. Quid sint PROBABILIA? R. Εὐδοξία ὁτινός, τὰ δοκεῖται πᾶσιν ἢ τοῖς πλεῖστοις, ἢ τοῖς σοφοῖς. Καὶ τέτοις, ἢ τοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς πλεῖστοις, ἢ τοῖς μάλιστα γνωριμοῖς, καὶ εὐδοξίαι. Probabilia sunt, quæ videntur omnibus aut pluribus, aut sapientibus, atque his vel omnibus, vel pluribus, vel spectatisimis: ut parentes sunt honorandi.

Minor Terminus, est Species, de qua probabiliter aliquid enunciatur.

Remota, sunt tres termini { Major Terminus, sive prædicatum Genus, sub quo comprehendiatur differentia.

Topicum est quadruplex. Definitio.

Proprium.

Accidens.

III. Partes Syllogismi Topicæ, quæ sunt { Medius Terminus, seu Argumentum est inventum probabile ad faciendam fidem.

Problema, de quo probabiliter differitur: ut an Mundus sit aeternus.

Propinqua, quæ sunt { Propositiones, ex quibus de problemate adhibito argumento probabiliter differitur.

IV. Locis, ex quibus desumitur argumentum. Vide cap. 2.

## Caput III. De Locis Topicis in genere.

I. Quid sint? LOCUS est Sedes argumenti; vel LOCUS est id, unde ad propositam questionem conveniens trahitur argumentum.

Maxima, quæ est proposicio per se nota fidem aliis subministrans: vel Maxima sive Axioma est proposicio generalis per se nota, per quam multa argumenta probantur.

Internus, qui continet argumenta ex re ipsa desumpta, cap. 3.

Conjunctus, qui continet argumenta desumpta ab iis, quæ cum re ipsa coherent. c. 4.

Disjunctus, qui continet argumenta desumpta ab iis, quæ à re ipsa separata sunt, c. 6.

II. Quotuplices. R.  
Locus est  
Duplex

Differentia Maxima quæ est receptaculum pluriū maximorum. Hic Locus est vel

Artificialis, qui continet argumenta arte quādam ex ipsa questione desumpta. Estque,

Inartificialis, qui continet argumenta extrinsecus assumpta; ut Testimonium c. 7.